& iniquitates meas dele. Quid uis o propheta? quid desideras? soluta sunt
peccata tua; interempta est poena tua. Non inquit sufficio his. aua
rursum adpetendam misericordiam di. Noui dnm meum esse de-
mentem. Propheta eram prius. uolo & nunc esse propheta. & illam
habere fiduciam illam sci spr gratiam. Auolauit quippe a me sicut co-
lumba. foetorem peccatorum meorum sentiens. uolo ergo pristinam
recuperare gratiam. Auerte faciem tuam a peccatis meis. & omnes
iniquitates meas dele. Dicito manifeste quid uelis? Cor mundum
crea in me ds. O ingenuitas prophetae. o desiderium ad dm. Uelo
quaeris mihi iterum quaero. ut & ego tibi loquar. amicitiam illam.
& familiare conloquium quaero. Quid enim? quia liberatus a poe-
nasum. securus esse non possum. mihi maior poena est fraudari
conloquio tuo. quamuis enim substantiam tuam uidere non pos-
sum. inuisibilis namq; est. Prae desiderio tuo. opera tua uideo &
exulto. Non uidi te; sed uidi caelos & exultaui & dixi. Caeli enarrant
gloriam di. Conspexi terram & dixi. Dni est terra & plenitudo eius.
Uidi mare & dixi. Tu confirmasti in uirtute tua mare. Uidi diem
& noctem & clamaui. Tuus est dies & tua est nox. solem & lunam tu
fecisti. Uidi montes & dixi. & altitudines montium ipsius sunt.
sicut qui amat etiam si non uideat quem amat. tamen & si calcia-
mentum eius uideat. uidere uidetur quem desiderat. sic & ego cir-
cum eo uniuersam creaturam tamquam catulus sitiens. ut odo-
rem suauitatis. tandem aliquando dni sui praesentiam mereatur
uidere. & dico; Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. ita
desiderat anima mea ad dm fortem uiuum. quando ueniam.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0050